



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quemadmodum muneribus & dignitatibus accessibus multos honorifice  
affecerit. Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII PAM-  
PHILI EPISCOPI CAESA-  
RIAE PALESTINAE, DE VITA  
Dini Constantini Imperatoris,  
Liber quartus.

*Quemadmodum muneribus & dignitatum access-  
sionibus multos honorifice affecerit.*

CAPVT I.



Antis igitur & tam præclaris rebus ab Imperatore gestis ad coædificationem & gloriam ecclesiæ Dei: cum omnia consilia sua ad gloriosam famam doctrinæ seruatoris nostri referret: tamen ne externa quidem negocia neglexit: Sed in his etiam omnes gentes creberim, continuis, variisq; beneficiis affecit. Qua in re partim quidem se paterna quadam erga omnes cura affici ostendit: partim vero familiares suos variis honoribus decorauit: quos illi alto & excelso animo in omnes conferebat. Neque sane cuiquam aliquid ab imperatore postulanti denegatum est: nec cuiusquam spes aliquid ab eo beneficium expectantis frustrata est. Nam alios pecuniis, alios amplissimis possessionibus locupletabat: multos prætoriam authoritatem, multos senatoriis officiis, multos etiam consulari dignitate ornauerat: duces vero plures ab eo constituti sunt. Jam comitum, alios in primo ordine collocauit: alios in secundo: alios item in tertio. Atque ista ratione alij prope infiniti clarissimos honores adepti sunt. Nam ut plurimos honoribus afficeret diuersos dignitatum gradus Imperator excogitauerat.

601-